



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CXVI. An diuina attributa inter se, & ab essentia suapte natura, vel
sola cogitatione distinguantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

quæst. 13. articulo 4. amandata est, ideo de illis primum est disputandum.

DISPUTATIO CXVI.

An diuina attributa inter se, & ab essentia suapte natura, vel sola cogitatione distinguantur.

Quid nomine attributi intelligatur. cap. 1.

Quid senserit Gualterus, & Gilbertus. cap. 2.

Opinio Scoti. cap. 3.

Attributa diuina inter se, & ab essentia ante operationem non distingui autoritate monstratur. cap. 4.

Eadem opinio ratione ostenditur. cap. 5.

Respondetur argumentis Scoti. cap. 6.

CAPVT I.

Quid nomine attributi intelligatur.

VT id, de quo suscipitur disputatio, perspicue intelligatur, & variae vocum significationes non sint dissensionis, causa breuiter explicandum est, quid à nobis attributum diuinum appelletur.

Greg. igitur in primum dist. 8. quæst. 2. & Mart. quæst. 12. art. 3. in principio tria distinguunt, attributum, rationem, quam ipsi attributoilem vocant, & perfectionem dictam attributalem. Attributum sic definiunt, est nomen, quod de Deo, de omnibus personis simul, & de qualibet prædicari potest, denotans id, quod esse melius est, quam non esse. Hac ratione excluduntur à ratione attributi nomina relationum; nequeunt de qualibet persona seorsum prædicari: & nomina significantia actionem aliquam, quæ Deo cōuenit ex tempore, vt creatio: quia non est melior ipsa, quam non ipsa; hoc est, non est melius creare, quam non creare: quare hæc nomina, *Pater, Filius, Spiritus sanctus, creator, iustificator*, non sunt attributa Dei. Rationem vero, quam appellant attributibilem, dicant esse conceptum animæ formalem, quem exprimimus de Deo, audita voce ipsa attributi: denique perfectionem ipsam attributalem docent esse rem ipsam, quam de Deo concipimus, conceptum videlicet obiectiuum, quem de Deo habemus.

Fere eodem modo definiuit attributum Gab. in 1. d. 2. q. 2. art. 1. notabili 3. cum ait, esse mentale, seu vocale, seu scriptum prædicabile, quod natū est de Deo dici, & pro eo supponi potest, significans aliquam Dei perfectionem, quæ naturali ratione inuestigatur. Qua sane definitione licet cōplectatur ipse rationem creatoris, non tamen comprehendit relationes diuinas personales.

Durandus autem in primum distinct. 2. qu. 3. num. 6. & 7. putat, bifariam accipi attributum, latiori videlicet significatione, & magis propria priori modo inquit esse attributum, quidquid Deo tribuimus per modum cuiusdam denominationis: & hoc pacto etiam infinitas, & immensas dicuntur attributa. Eodem modo accepit attributum August. Niphus 12. meta. disput. 13. cap. 2. in fine, ubi inquit, attributum esse in Deo quidquid de ipso per modum accidentis, & adiectiui prædicatur: in quem sensum Auertroës 12. met. com. 39. attributa Dei vocauit dispositiones,

quasi additas essentiae. Posteriori modo, inquit Durandus, dicitur attributum, quod significat aliquam perfectionem communem Deo, & creaturis, vt iustitia, misericordia, & alia id genus: quod pacto æternitas, immensitas, & infinitas, & similia non sunt dicenda attributa. Sic videtur uisasse attributum Henricus quodlib. 5. qu. 1. lit. ra B. & H.

Denique Canariensis Episcopus in hunc articulum disp. 1. par. 2. asserit, attributum esse perfectionem Dei, quæ neque est relatio, neque illam rationem continet, siue realē, siue rationis: nihilominus intellectum, voluntatem, intelligere, & velle, inquit esse attributa: quia quauis vocaliter significentur, in suo tamen conceptu relationem non habent, nisi consequenter.

Mihi autem placet definitio Gabrielis, quam supra retulimus, ita, vt non definiatur nomen attributi, vt ille definit, sed res significata per nomen hoc est quæuis in Deo perfectio, quæ naturali ratione inuestigari potest, & à nobis significatur per modum alicuius formæ Deo adiacentis, qualis est sapientia, intellectus, voluntas, misericordia, &c. de quibus nunc controuersa est, quomodo inter se, & ab essentia distinguantur, rem re ipsa, an sola cognitione. De relationibus vero, cum eadem sit nobis postea futura quaestio, in præsentia nihil dicemus: quare nec nomine attributi ipsas comprehendimus.

CAPVT II.

Quid senserint Gualterus, & Gilbertus.

AVgustinus Niphus 12. Metaph. disput. 13. cap. 3. refert sententiam Gualteri asserentis, cum summa Dei simplicitate esse distinctionem realem attributorum inter se, & ab essentia diuina. Probat vero, quia ea, quæ sunt in diuersis prædicamentis, vel quasi sunt in diuersis prædicamentis, distinguuntur realiter, attributa autem Dei, & essentia quasi sunt in diuersis prædicamentis: ergo inuicem distinguuntur realiter. Cum hac tamen distinctione Dei simplicitatem defendit hoc modo, quia vt aliquid ex pluribus componitur, non solum requiritur pluralitas, sed illa pluralitas, quæ in eo reperitur, ita debent inuicem partes comparari, vt vnum habeat rationem actus, alterum vero rationem potentie, aut iter se, aut respectu alicuius terrij, quod componunt, in Deo autem nihil potest habere rationem potentie, ergo licet in eo sint plura, non est compositio. Hac ratione vsus est postea Scotus, vt cum illa distinctione ex natura rei, quam ipse communiscitur, eandē Dei simplicitatem conferret, citius in sententia quantum ab hac differat re ipsa, infra dicemus.

In hac eadem sententia putant aliqui fuisse Gilbertum Porretanum Episcopum Pictauiensem in commentario super Boetium de Trinitate, ubi vt refert Bernardus sermone 80. in Cantabrigia, has propositiones sic concedebat, & non contradicebat: *Præter est veritas, id est, verus, siue est veritas, id est, verus: Spiritus sanctus est veritas, id est, verus: & hi tres sunt vna veritas, id est, vna veritas.* Sic dicebat magnitudinem Dei, aut substantiam Dei, non esse ipsum Deum, ex quo aut veritatem Dei, non esse ipsum Deum, ex quo attributa ab essentia saltem, & ab ipso Deo differre

guere videbantur. Verum Gilbertum nunquam prædictam sententiam Gualteri, vel similem de distinctione aliqua attributorum inter se, aut attributorum ab essentia secutus est. Nam ut refert Otto Frittingensis Episcopus, antiquus author libro 1. de gestis Frederici Imperatoris, cuius ipse nepos fuit capite 56. & 57. cuius verba referemus infra disputatione 120. cap. primo, Gilbertus solum dicebat, concretum, *Deus*, aliquando poni pro persona, aliquando pro natura, cum ponitur pro natura, concedebat Deum esse ipsam Deitatem, & unitatem, cum vero ponitur pro persona dicebat, non esse concedendam illam propositionem, *Deus est natura divina*, in casu nominandi, ut in ea disputatione explicabitur. Similiter veritatem, & alia attributa abstracta non prædicabat de persona, nec de Deo, quando pro persona ponebatur. ex quo ille solum distinctionem realem, seu ex natura rei inter personam ex una parte, & essentiam, arque attributa ex alia constituebatur, id quod peculiari ratione, quam in ea disputatione pro Scoti etiam sententia adducimus, asseribat. De attributis tamen inter se, aut cum essentia collatis nihil tale docuit, neque in Concilio Remensi, ubi error eius damnatus est, contra attributorum distinctionem aliquid fuit definitum. Quare non negauit Gilbertus hanc propositionem, *Deus est sua sapientia*, quia abstractum de concreto prædicatur (eam enim concedebat, si concretum, *Deus*, non poneretur pro persona) sed quia *Deus* cum ponitur pro persona, includit super essentiam relationem, quam peculiari ratione putabat ab essentia distingui, ut disp. 120. cap. 1. videmus.

Hæc sententia Gualteri est manifestus error in fide, primo quia definitio facta in Concilio Remensi contra Gilbertum, qua decretum fuit, naturam diuinam non distingui realiter à persona, non minus pugnat contra Gualterum distinguendum attributa inter se, & à natura. De hac Concilij definitione ex professo tractabitur infra disp. 120. Secundo, ratio Bernardi, qua contra Gilbertum usus est in Concilio, & habetur in eo sermone citato, non minus probat, attributa non distingui ab essentia, vel inter se, quam essentiam à persona, vel relatione. Ratio vero est huiusmodi. Aut bonitas, qua *Deus* est bonus, & sapientia, qua est sapiens, est aliquid, vel nihil, non potest esse nihil, ergo est aliquid. Vterius, si illa est aliquid, & distincta ab ipsa Dei substantia, vel est illi superior, vel æqualis, vel inferior, superior esse nequit ut constat, nihil enim supra essentiam Dei esse potest: est ergo vel æqualis, vel inferior; si æqualis, & distincta ab ipsa natura Dei, erunt plures Dij, aut si est ipsemet vnus *Deus*, non distinguitur realiter ab eo: inferior autem esse non potest, quia sequeretur, illam esse creaturam, ac proinde Deum esse sapientem creaturam aliquam, tanquam forma, quod est absurdum: quidquid enim diuina natura inferius est creatum aliquid esse debet.

Tertio Gualterus plane subuertit *Dei* simplicitatem, & in *Deo* compositionem cogitur admittere, quod est absurdum. Nec effugium, quod ipse excogitauit, qui quam refert primum, nam si sapientia, & bonitas sunt in essentia Dei realiter ab ea distinctæ, & his redditur *Deus* bonus, & sapiens: consequitur, has formas realiter inesse di-

uinæ naturæ: ac proinde in ea recipi: est igitur essentia in potentia, ut informetur, & sapientia, ut forma ipsam essentiam reducat ad actum, non quod illa Dei potentia sit aliquando, aut possit esse cum priuatione formæ, sed quia vere formetur sapientia, tanquam forma: nam & in his subiectis, à quibus accidentariæ formæ nequeunt separari, si ab ipsis formis re ipsa distinguatur, est vere potentia, & ipsæ formæ sunt veri actus illius. Tum etiam si in *Deo* sint plura realiter ab essentia eius distincta, nec vnum habeat ex se potentiam respectu alterius, sequitur maius absurdum, nempe esse in *Deo* aggregatum quoddam, quod logici appellant per accidens, qualis est æternus lapidum, quod non minus diuinæ simplicitati, imo multo magis repugnat. Nam simplicitas, & unitas opponitur multiplicitati: ubi autem est multiplicitas, & plurium contentus, non potest esse simplicitas, & ibi multo minor erit unitas, ubi ea, quæ conueniunt, per accidens coniunguntur, & alterum non habet rationem actus, alterum rationem potentie. Unitas vero personarum ideo simplicitati non aduersatur, quia quævis persona uapre natura idem est omnino cum essentia. Denique non est necesse, ut res aliqua dicatur vere composita ex duobus, vtrumque habere rationem partis, sicut hic author videtur docuisse: ut enim cum S. Thoma 3. parte questione 2. artic. 4. ex multis concilijs, & patribus probauimus, persona Christi vere composita est ex duobus, quorum alterum, scilicet diuina persona, non est pars, quamuis illa habeat quodammodo rationem actus: contra vero natura humana rationem potentie.

Argumentum vero Gualteri facile diluitur, primum quidem, quia assumit falsam propositionem, nempe res diuersorum prædicamentorum re ipsa differre: nam & actio, & passio sunt res diuersorum prædicamentorum, & tamen ex Aristotele 3. Physicorum ca. 3. sunt idem motus: & ut infra ostendimus, relatio non se differat à qualitate quam habet ut fundamentum, distinguitur. Deinde, etiam si vera esset propositio, in his rebus, quæ vere creatæ sunt, & in prædicamento ponuntur, at in diuinis quæ vere non sunt in categoria, non debet esse vera ex eo solum, quod varia Dei attributa concipiuntur instar rerum creaturarum, quæ in prædicamento collocantur.

CAPVT III.

Opinio Scoti.

Inter prædictam sententiam Gualteri, & communem, quæ affirmat, attributa inter se, & ab essentia sola ratione distingui, mediam quandam opinionem excogitauit Scotus in primum distinctione 8. questione 4. pro qua etiam citari solet distinctione 2. questione 7. in ordine, ubi de hac re expresse non disputat, sed de distinctione solum essentia à relatione seu persona asserit ergo, attributa inter se non distingui realiter, nec etiam sola ratione, sed media quadam distinctione, quæ appellat formalem, & dicit esse ex natura rei, & ante omnis intellectus, tam humani, quam diuini operationem. Diuidit autem distinctionem prædictam in diuisionem in distinctionem ex natura rei, & distinctionem rationis, quæ est per intellectum; rursus

Solutur
Gualteri
ratio.

Arist.

8.
Attributa
distingui
formaliter
ante intel-
lectum inspi-
ciunt Scotus.

rursus distinctionem ex natura rei, in realem, quam ab alio differt, ut res à re, & formalem, quam ab alio differt ratione formali, seu definitione, quam plane existimat esse ante intellectum, ut colligitur ex quaestione citata: & disputat. 2. quaestione 4. in ordine. Et quamvis expresse non doceat, attributa hoc modo distingui à substantia, & essentia Dei; ex eius tamen principijs omnino colligitur, & discipuli eius expresse affirmant.

Primum Scoti
fundamentum.

Probat Scotus suam sententiam dist. illa 8. quaestione 3. §. Ad quaestionem respondeo, primum quia bonitas in genere distinguitur à sapientia in genere ex natura rei: ergo & infinita bonitas ab infinita sapientia eodem modo distingui debet, quia infinitas addita bonitati, aut sapientiae, aut alteri attributo, non destruit naturam, & rationem formalem illius: sic ergo debent distingui infinita bonitas, & sapientia in genere: has autem in genere distingui ex natura rei patet, quia differunt definitione, & ratione formali: definitio autem est natura ipsius rei.

Secundum
fundamentum.

Deinde hæc propositiones, quas noster intellectus format, Sapientia non est bonitas: intellectus non est voluntas, non ideo sunt veræ, quia intellectus ita concipiens eis tribuat veritatem: sed quia conformes sunt rei, quod enunciatur: ergo supponunt igitur in re ita esse id, quod enunciatur: ergo supponunt sapientiam ex natura sua non esse bonitatem ante intellectum, sed quod est ante intellectum ab eo differre: ergo bonitas, & sapientia, & similia attributa Dei, quæ ad invicem in propositione vere negantur, differunt ante intellectum natura sua. Hæc sunt potissimæ rationes, quibus Scotus suam confirmat sententiam: nam aliæ, quas congerit Canariensis loco inferius citando ad hanc posteriorem reducantur, omnes namque desumuntur ex eo, quod multa de vno attributo dicuntur, quæ de alio dici nequeunt, ut de intellectu, quod generet, & intelligat, quod de voluntate enunciari non potest, & similia. Quomodo autem cum hac opinione Scotus defendat Dei simplicitatem, capite sequenti videbimus.

Canar.

Scot.

Fundamentum distinctionis tantum contra Scotum vniuersi putant. Greg. 10.

Hanc sententiam Scoti quidam benigne interpretantur, ut refert Greg. in primum d. 8. q. 1. art. 5. existimantes, nunquam Scotum concessisse distinctionem aliquam formalem ita ex natura rei inter attributa, ut ante omnis intellectus operationem, actu distinguantur, sed solam distinctionem, quam vocant virtuales concessisse, quia in re ipsa est sufficiens fundamentum, ut intellectus plura distinguat. Colligunt vero hanc interpretationem ex eodem Scoto in primum d. 2. q. 7. §. Sed hic refert, ubi appellat hanc distinctionem virtuales, dicit etiam non esse realem actuale, denique ait vocari posse distinctionem rationis. Ego sane, si Schola huius doctoris in hanc interpretationem consentiret, eam quoque libentissime admitterem, sed iam nullum video, qui ita suum intelligat præceptorem, nec video quomodo ita explicari possit, ut bene probat Gregorius. Nam verba illius loco citato talem sensum non patiuntur. Ibi enim agens de distinctione inter essentia diuinam, & relationem, quæ in eius sententia est eadem cum illa, quam inter attributa constituit, ait primo distinctionem hanc esse ante om-

nem actum intellectus, tam creati, quam increati, quod ipse tanquam nouum aliquid, dicit, se affirmare sine assertione, & præiudicio melioris sententiae; atqui si solum concederet in re ipsa esse fundamentum distinctionis per intellectum nihil noui doceret, nec opus esset suam sententiam aliorum iudicio ita submittere. Secundò in eodem §. dicit, hanc distinctionem esse animam earum, quæ præcedunt operationem intellectus. Tertio quaerit, an dari possit distinctio realis, & respondet his verbis: Non est proprie realis actualis, intelligendo, sicut communiter dicitur realis actualis illa, quæ est differentia rerum, propter simplicitatem diuinam. Et paucis interiectis, Potest autem vocari differentia rationis, sicut dicit doctor quidam (scilicet Bonaventura in 1. d. 1. §. q. 1.) non quod ratio accipitur pro differentia formata ab intellectu, sed, ut ratio accipitur pro quidditate rei, secundum quod quidditas est obiectum intellectus, vel alio modo potest vocari differentia virtualis, quia illud, quod habet talem distinctionem, in se non habet rem & rem, sed est vna res habens virtualiter, siue eminenter quasi duas realitates, quia vtrique realitati, ut est in illa, competit illud proprium, quod est in tali realitate, ac si ipsa esset res distincta. Ita enim hæc realitas distinguitur, & illa non distinguitur (intelligit essentiam diuinam & relationem) sicut si ista esset vna res, & illa alia. Quæto paulo inferius de essentia diuina & relatione, de quarum distinctione disputauit, addit hæc verba: Dico quod in essentia diuina ante actum intellectus essentia A. & est essentia B. & hæc non est formaliter illa, ita, quod intellectus paternus considerans A. & considerans B. habet ex natura rei vnde ista compositio sit vera. A non est formaliter B. non tamen præcisè ex aliquo actu intellectus circa A. & B. & in quodlibet §. articulo 3. §. Circa-tem, postquam retulit sententiam S. Thomæ, & Henrici asserentium Spiracionem, & paternitatem differre sola ratione, & id satis esse, ut vna de altera non prædicetur, addit hæc verba, aliam dicit aliam (scilicet Vatro in primum distinctionem 2.) & rationabilis, ut videtur, & ad propositum. quod proprietates in eadem persona differunt ex natura rei præter considerationem intellectus, quia ad hoc sufficit dispar ratio, sed non sint oppositæ, & propter hoc prædicatio vnius de alia abstracto non est vera. Ex quibus liquet primo hanc distinctionem poni ab Scoto ante intellectum: & ideo in distinctione 8. quaestione 4. §. Ad quaestionem, vericulo, istud non videtur, eam vocant distinctionem ex parte rei; & initio §. appellant distinctionem tertiam præter realem & rationis, quam dixit esse omnino ante intellectum; quod si solum esset fundamentum illius ante intellectum, ea non esset omnino ante intellectum, & §. Circa tamen, eam nuncupauit distinctionem ex natura rei. Secundò colligitur hanc appellari ab Scoto distinctionem rationis, qui fiat actu per intellectum. Tertio non vocari virtuales, quia actu fiat per intellectum, & fundamentum solum virtuales eam continens sit in re ipsa, sed quia in re id præstare solet, quod diuerse res interdum efficiunt. Cum vero dicit non esse realem actuale, tale asserit, quia non est distinctio rei à re; sed diuina rationis formalium: quia etiam de causa appellationis illam relationis. In hoc igitur sensu explicauit illam opinionem. In hoc igitur sensu explicauit illam opinionem Scoti sequenti capite impugnanda est, ut probandum, nullam aliam distinctionem inter diuinam attributa, & essentiam, vel inter ipsam essentiam esse posse, quam per intellectum.

CAPT.

Attributa diuina inter se, & ab essentia ante operationem intellectus non distinguuntur auctoritate monstratur.

Communis sententia Scholasticorum & Philosophorum multo verior est, videlicet hæc attributa non distinguuntur inter se, aut ab essentia vltimo modo ex natura rei, seu ante intellectum. Hæc sequitur S. Thom. q. 7. de veritate art. 6. & opus. 9. qu. 1. 2. & 3. & in primum d. 2. q. 1. art. 2. & 3. Dur. in primum d. 2. q. 1. Gab. q. 1. & 2. Gregor. q. prima Marilius in primum qu. 1. art. 3. Capreol. in primum dist. 8. qu. 4. art. primo, Maior qu. 1. Henricus quodlib. 5. qu. 1. & quodlib. 13. qu. 1. Auerro. 12. met. comm. 39. August. Niphus 12. met. dist. 13. cap. 4. Canari. in hunc articulum disput. 1. part. 1. & 2. Caiet. in opus. de ente essentia cap. 6. qu. 1. 2. in ordine qui omnes contra Scotum in hoc vnum conspirant, vt doceant, attributa inter se, & ab essentia non differre ante intellectum vltimo modo: an vero per intellectum, non omnes eodem modo sentiunt, vt sequenti disputatione patebit. Ad huius vero opinionis perspicuitatem duo nobis confirmanda sunt, & explicanda, vnum est, hanc distinctionem non esse ex natura rei ante intellectum, alterum, quomodo fiat per intellectum, prius in hoc capite demonstrabimus, postertus vero sequenti disputatione fusius tractandum erit.

Hanc igitur sententiam in primis diserte tradiderunt nobis antiqui patres, inter quos expressius Anselm. in monologio cap. 16. vbi sic ait, Quomodo modum itaque vnum est, quidquid essentialiter de summa substantia dicitur, ita ipsa vno modo vna consideratione est, quidquid est essentialiter. Et cum ostendisset, hominem secundum vnam considerationem esse corpus, secundum aliam rationalem, & secundum hominem, illico subiungit, illa vero summa essentia nullo modo sic est aliquid, vt illud idem secundum alium modum aut secundum aliam considerationem non sit, quia quidquid aliquo modo essentialiter est, hoc est totum, quod ipsa est. Quibus verbis non solum excludit distinctionem aliquam ex natura rei inter ea, que in Deo sunt, verum etiam nec aliquam distinctionem rationis admittere videtur, quod sane eo modo intelligendum est, vt nihil in Deo cogitemus, quod non intelligamus Deo, & que essentialiter conuenire, cum in eo non aliquid commune ipsi, & alijs rebus, & aliquid ipsi peculiare concipiamus, sicut in homine, sed omnia & que Deo conueniant. Porro nomine considerationis non solum operationem intellectus, sed rem ipsam intelligit, cum ait, hominem secundum aliam considerationem esse corpus, secundum aliam rationalem, hoc est, secundum aliam partem, quod in Deo non reperitur: cum totum quod in eo est, idem omnino sit.

Augustinus etiam libro 15. de Trinitate capite 7. circa finem ait, in Deo idem esse iustum esse, quod bonum esse, quo prosequens capite 6. post pauca inquit, Non est aliud sapientia eius, aliud essentia, cui hoc est esse, quod sapientem esse. Et quinto libro cap. 8. Non est aliud Deo esse, & aliud magnum esse, sed hoc idem illi est esse, quod magnum esse. Idem repetit c. 10. & 11. & lib. 6. c. 9. & 7. lib. 11. c. 10. accedit Greg. 1. 10. moral. c. 20. alias 21. in illa verba accedit qui au-

Yaquez in 1. partem Tom. II.

tem nouerunt, vbi sic ait, Deus hoc est, quod habet aternitatem quippe habet, sed ipse est aternitas, lucem habet, sed lux sua ipsa est, non est ergo in eo aliud esse, & aliud habere. Ricardus de S. Victore lib. 1. de Trinitate c. 13. docet Deum se ipso esse sapientem, & potentem, non alio quod sit sapientia, & potentia, vnde de colligit his verbis, necesse est, vt ille (scilicet sapientia & potentia) omnino non sint aliud aliquid, quam ipsa, scilicet summa substantia, notanda sunt verba, Omnino, & aliud aliud, quibus omnem distinctionem aut intellectum ex natura rei manifeste negat. Nam si attributa ab essentia aliquo modo differrent ex natura rei, non omnino non essent aliquid aliud.

Eandem sententiam habet Marius Victorinus lib. 3. aduersus Arrium ante medium in 5. tomo Biblioth. Sacre; vbi probat in Deo non esse aliud quo viuunt, & aliud, quod viuunt, & viuere, & intelligere idem omnino esse. Idipsum Boeth. libello de Trinit. his verb. docuit. Diuina natura siue materia forma est atque ideo vnum & est id, quo est, reliqua non sunt id, quo sunt, Et infra, quocirca hoc vere vnum, in quo nullus numerus nullum in eo aliud præter id, quod est, quod si attributa inter se distinguuntur, aut ab essentia, ibi sane esset numerus aliquis ex natura rei, & aliquid aliud præter id, quod est. Pro hac sententia contra Scotum sunt præclara Damasceni verba, quæ infra referemus disp. 129. c. 4.

Secundo quauis Scotus distinctionem attributorum inter se, & ab essentia nusquam appelleret realem, imo expresse asserat, ea non differre sicut plures res, sed sicut plures rationes formales, cum tamen doceat eam distinctionem esse ex natura rei ante intellectum, incidere videtur in sententiam Gilberti, imo plures in Deo distinctiones introducere, quam ille posuit. Gilbertus namque nunquam eam distinctionem appellauit realem, nec asseruit plures res esse essentiam, & relationem, Deum, seu patrem, & suam sapientiam, sed tantum dixit, Deum non esse suam sapientiam, intelligebat ex natura rei, & ante intellectum. Deinde ille solus loquebatur de essentia & persona, cum dicebat Deum non esse suam sapientiam, nam nomine, Dei patrem, aut aliam personam, nomine vero sapientia essentiam intelligebat, at de ipsa essentia nusquam negauit esse suam sapientiam, imo id expresse concessit, vt c. 2. retulimus. At vero Scot. nō solum dicit patrem, aut personam diuinam non esse ex natura rei suam essentiam, & sapientiam, sed etiam essentia Dei nō non esse suam sapientiam, & intellectum, &c. Quid vero actum fuerit contra Gilbertum in Conc. Remensi & qualiter illa propositio fuerit damnata, Deus non est sua sapientia, ostendimus disp. 120. c. 1. quomodo etiam in sententia Soti idem modus loquendi, quem Gilbertus assererat, sequatur, ibidem monstrabimus. Eadem enim ratione philosophari debemus de distinctione relationis ab essentia, atque attributorum inter se, & ab ipsa essentia, & idē absurdum vtrouque sequitur, si plusquam distinctione rationis inter ea constituamus.

CAPVT V.

Eadem opinio ratione ostenditur.

Am vero contra Scotum agamus ratione, & primo ea, qua vsus fuit Bernardus in eo Concilio Remensi contra Gilbertum, & habetur

E

tur

Ric. V. dor.

Marius.

Boeth.

16.

Damasc.

Plures dist.

in Deo pa-

uit Scot.

qua Gilbert.

Gilbert.

Conc. Rem.

17.
Bernard.
Gilbert.
Scot.

tur sermone ipsius octogesimo in cantica: idem enim omnino contra Scotum suo modo probabit: nisi quod contra Gilbertum solum ostendit Bernardus, Deum hoc est diuinam personam esse suam sapientiam, hoc est, esse naturam diuinam, nos vero contra Scotum monstrare debemus essentiam Dei esse suam sapientiam, id quod fortiori ratione sequitur, & multo melius Bernardus probaret, si Gilbertus id negasset: ratio vero sit huiusmodi.

Sent. Scoti
impugnatur
per rationem Bernardi.

Si essentia diuina est sapiens, seu sapit sapientiam, quæ sua natura ab ea differt, & ante intellectum non est ipsa essentia, vel illa sapientia ante intellectum sua natura est aliquid, vel nihil: non potest esse nihil, ergo est aliquid. Rursus illud aliquid, vel ante intellectum natura sua formaliter & essentialiter est superius, vel æquale, vel inferius ipsa essentia diuina: superius esse nequit, ut liquet, nec æquale, quia vel esset ex natura rei ipsamet essentia Dei, & ita contra Scotum probatum esset id, quod contendimus: vel si adhuc esset distincta, essent plures essentia Dei, & plures Dei: quod enim est æquale Deo, est ipse Deus: & quod est æquale essentia, est ipsa essentia. Aut denique illud esset inferius ipsa essentia, & sic esset aliqua creatura formaliter ex natura sua ante intellectum: diuina ergo natura sapiens efficeretur aliquo creatore, quod est absurdum. Ratio hæc non solum ob autoritatem Bernardi, & quod ipsa efficacissima sit, magnificenda est: sed etiam quia ipse Bernardus bona pars fuit definitionis Concilij Remensis, ut disputatione centesima videsimus. Hanc vero rationem ipse confecerit, ut confutaret illam propositionem Gilberti, *Deus non est sua bonitas, aut sapientia*, eademque optime pugnat contra aliam Scoti propositionem, *Deitas non est sua bonitas, aut sapientia ex natura rei, & ante intellectum*. Nam quamuis addat Scotus esse eandem rem essentiam, & sapientiam, nihilominus cum dicat, ex natura rei ante intellectum vnam non esse aliam, destruit quod posuerat: nam hæc duo ut infra dicemus, manifeste secum pugnant: & eius propositio cum propositione Gilberti conuenit: quia negat vnum de alio ex natura rei, & non solum nostro modo intelligendi, sicut ille absolute negabat: & in rigore ex natura rei, cum dicimus, *Deitas est veritas*, addere debemus, *hoc est vera*: sicut Gilbertus dicebat, addendum esse. Hæc enim propositio est formalis in sententia Scoti, *Deitas est vera, vel sapiens*, illa vero *Deitas est sapientia, vel veritas*, non est formalis, nec vera ex natura rei, nec nostro modo intelligendi: cum ergo à Bernardo, & Concilio, illa correctio Gilberti, quam addebat, nempe, *hoc est, verus vel sapiens*, damnatur, reprehendi etiam debet in Scoto, quia in eius sententia, si ex natura rei & formaliter loquamur, eadem addenda est.

18.

Gilbert.

Gilbert.
Scot.

Bernard.
Conc. Rem.

Secundo im
pugnatur
Scot.

19.

Secundo ut dicitur p. 120. cap. 2. videsimus, Gilbertus nunquam dixit, Deum & suam sapientiam, seu essentiam esse duas res, aut realiter differre, sed loquens de distinctione solum dixit, eas distingui non sola cogitatione mathematica, quæ vnum ab alio distrahit, sed etiam ratione Theologica, certe per rationem Theologicam ergo aliud intelligere non possum, quam rationem formalem, quam Theologus in re ipsa

ex natura rei concedere debet, sicut concessit Scotus.

Tertio contra Scotum sequitur id, quod contra Gualterum c. 2. inferrebamus, nempe in Deo non esse compositionem, ac proinde essentiam Dei substantialem se ipsam non esse perfectam. Nam si ante intellectum plura in essentiam diuinam conueniunt, siue illa dicantur rationes formales, siue res, non possunt non componere illud, in quod conueniunt. Si enim est distinctio aliqua ante intellectum & ex natura rei, erit etiam aliquid, & aliquid ante intellectum, ergo & plura conuentus & compositio. Sed Scotus, ut Dei simplicitatem teneatur, respondet eodem modo, atque Gualterus, videlicet, plura illa conuenire, ut nihil habeat rationem partis, nec vnum sit ut potentia aliud ut actus. Verum eodem modo contra Scotum hæc solutio confundenda est, sicut contra Gualterum. Quoniam si ex natura rei est aliquid, & vnum est in alio, sicut ratio qua illud est tale, nempe sapientia in essentia, ut ea sit sapiens, sequitur esse ex natura rei ante intellectum actum & potentiam, vel si hanc non admittit Scotus, concedat prius, nempe aggregatum quoddam inordinatum, quod logici appellant per accidens. Præterea cum pluralitas repugnet summæ simplicitati, qualis est diuinæ naturæ, repugabit vel minimæ pluralitas, & distinctio ex natura rei. Cur vero pluralitas per rationem non repugnet, dicemus disput. 121.

Ceterum in huius confirmationem audiamus Bernardum quinto de consideratione ad Eugenium ante medium disputantem contra Gilbertum, qui dicebat personam diuinam, ut patrem, non esse ipsam deitatem, sed per illam tantum per formam esse Deum, atque ergo, *Multa diuinitas est in Deo, & quidem sane, Catholiceque, sed multa vni, alioquin si diuersa patremus, non quaternitatem habuerit, sed centenitatem. Vbi causa, dicimus magnum, bonum, iustum, & innumerabilia, sed nisi omnia vnum in Deo & cum Deo consideres, habebis multiplicem Deum. Non intelligit multos Deos, sed vnum, non simpliciter sed multiplici varietate compactum. Idem ergo contra Scotum nos inferimus hoc modo si illa omnia in Deo ex natura rei idem non sunt, sed plures rationes formales inter se diuersæ, quibus Deus multiplice perfectione ornatus, & confectus, & in re ipsa multiplex. Subdit Bernardus. Mihi, vero non deest quod cogitem melius eiusmodi Deo tuo, quæ quid? mera simplicitas vero iudicio, nam simplex multiplici antefertur. Sed quid ad id respondere sicut? (scilicet Gilbertus & eius Schola contra quod disputat) Non multa, inquam, sed vnam tantum diuinitatem, quæ omnia illa sunt, Deo ut sit, conferre essentia. Sic respondebat ille, quia non ponebat vlla rationem attributa, & essentiam distinctionem, ut supra notauimus, sed inter essentiam, & personam. Scidimus dicebat omnia illa attributa esse vnâ deitatem, quæ non esset ipse Deus, sed quæ ut forma esset Deus, ac proinde a se erebat eam Deo conferre, ut sit. Vtrum contra subiungit Bernardus. *Afferit ergo, & personam multiplicem, duplicem Deum. & non ad meritum simpliciter peruenisti, neque ad id quo melius cogitari non possit. hoc est, iam Deus ex varijs formis non constituitur sed ex duabus, scilicet ex natura, & personam. Ita non erit multiplex, sed duplex. Sequitur in eodem Bernardus, iam non est simplex, quod ut non sit**

obnoxium forma, quam nec virgo vel vni cognita viva. Vult ergo Bernardus illud simplex non esse, quod non se ipso est, sed aliqua forma: si ergo Deus sapiens est sapientia, quæ ex natura rei non est ipse Deus: ergo illa ex natura rei est forma, quæ sit sapiens, obnoxius ergo est Deus ex natura sua alicui formæ. Denique concludit, *meus Deus ipse Catholicus est, tam non habet hoc, & illud, quam non hac, & illa, est qui est, non qua est.* Hoc est, in Deo, non licet assignare rei ipsa hoc, & hoc: neque multa, ut hæc & illa distinguamus: sed ipse Deus est qui est, hoc est, ipsemet sibi: sed non qua est, id est, non est multa, quæ in ipso sunt: quia non est multa. Certe in Scoti sententia bene possemus dicere, in Deo ex natura rei est hoc, & hoc: & Deus est multa illa, quæ in ipso sunt: melius igitur est, Deum omnino ex natura rei simplicem sine aliqua distinctione & multipliciter asserere.

Hac etiam ratione secundus libro 2. de summo bono c. 1. sententia 6. ait, *ideo Deus dicitur simplex, quia non admittendo quod habet, sine qua non aliud est ipse, & aliud quod in ipso est.* Et Ricard. de sancto Victore lib. 1. de Trinitate cap. 17. postquam ostendit Deum esse vere simplicem, & minime compositum, inquit, *Constat itaque quia in illa æterna felicitate, & vere felicitate æternitate sit vera incommutabilitas, & consequenter vera, & summa simplicitas, ubi autem summa simplicitas ibi vera, & summa unitas: quid ergo in summo bono est, vere & summe vnum est, nec aliud & aliud esse potest, & idem ipsum est totum quod est.* Idem prolequitur c. 18. & 19. atqui si vera esset opinio Scoti à nobis explicata, certe non esset Dei unitas summa, quæ esse potest cum in ea ante intellectum sit aliud, & aliud, quod si non esset aliud & aliud ex natura rei maior profecto esset simplicitas, maiorque unitas quia maior esset indivisiō, vnum enim & indivisum idem sunt. Id ipsum dixerat Bernardus, lib. illo 5. de considerat. paulo post verba iam cit. *Non est compositus Deus, merum simplex est, & ut liquido noveris, quid simplex dicam, idem quod vnum, tam simplex Deus, quam vnum est, est autem vnum, & quomodo aliud nihil: si dici possit, vniuersum est.* Vult ergo Bern. pro eodem non compositum & simplex, aut vnum, vnum autem dicit, in quo plura non sunt.

Nec refert, si dicas cum Scoto Deum esse vnum, quantum multa in se habeat, quia vnumquodque illorum non est Deus. Nam eadem ratione homo plura in se habet, quæ non sunt homo, & tamen homo in sententia Bernardi non erit vnum, quia multa in se habet, & quia simplex non est, nec unitas dicitur, quia vnum, & simplex apud Bernardum idem sunt, alioquin etiam homo diceretur vniuersum, quod est absurdum: si ergo non dicitur vniuersum, ideo est, quia habet aliud & aliud. Cum igitur asserat Bernardus, Deum & vniuersum, omnem pluraliter ex naturæ rei ab eius essentia, & natura excludit.

Ex eodem etiam Bernardus contra Scotum hanc nostram sententiam non minus aperte probabitur disput. 118. cap. 2. cum Bernardo sentit Nicetas in orationem 24. Nazian. cuius verba citabimus infra disput. 118. cap. 4. ubi ut ostendat Dei simplicitatem, dicit eius essentiam esse vnā, & ipsam unitatem, atque solitatem, quia voce facta optime expressit simplicitatem Dei, cum ait, esse solitatem, hoc est, ita solam sine consortio aliorum, ut sit ipsa solitas. Quod si ex natura rei

haberet plures perfectiones, non esset sola, nec solitas ipsa, cum ibi aliud esset, & aliud. Accedit Ansel. lib. de Incarnat. verbi c. 3. circa finem, qui ut probet Dei simplicitatem contra illum, quem in eodem errore cum Gilberto fuisse dicemus disp. 102. c. 1. sic ait. *Itaque si omne compositum cognitione dissolui potest, cum dicit Deum esse compositum, dicit, Deo aliquid maius se posse intelligere, id quod asseruerat etiam Bernardus, proxime autem dixerat Anselm. maius esse, quod nec actum, nec intellectum, quam illud quod saltem intellectu dissolui potest ex quo sic arguo contra Scotum. Maius est id, quod nec te ipsa, nec ex natura rei vno modo distinguitur, quam illud, quod ex natura rei plura in se habet, quia hoc nec intellectu dissolui potest illud autem potest. Nam dissolui per intellectum non appellavit Anselm. distingui solum in conceptu nostro, sed intellectu inueniente in re ipsa aliud, & aliud, quod sane opposuit dissolutioni actum, aut re ipsa, hanc enim putauit fieri, quoties vnum sine alio exiit, vult ergo in Deo esse summam unitatem, ut non solum nequeat vnum esse sine alio sed neque intellectus in re ipsa inueniat aliud, & aliud ex natura rei distinctum. Ex hoc tamen non tollit Anselmus distinctionem conceptuum, quæ ipsam rem non attingit, sed in sola nostra consideratione manet: nec compositionem hoc modo, sed pluralitatem quamlibet in re ipsa: quia maius quid excogitari potest, nempe simplicitas, in qua nulla sit pluralitas. Deo autem nihil maius potest excogitari. Ex opinione autem Scoti sequitur, ex natura rei essentiam Dei in se ipsa essentialiter non esse perfectam, sed aliqua forma adueniente perfici, quod etiam est absurdum. Ex quibus omnibus sit, attributa inter se, & ab essentia sola intellectus operatione distingui: de quo modo distinctionis plura in sequentibus disput. dicenda superiunt.*

Hactenus mediam illam distinctionem, quam Scotus communificat, in diuinis attributis peculiaribus rationibus, quæ solum in Deo probant, impugnauimus: superest ut in vniuersum ostendamus, talem distinctionem esse omnino commentitiā, & in nullis rebus etiam creatis reperi, sed omnem distinctionem esse realem, aut rationis. Non negamus esse latitudinem in ipsa reali distinctione, nam quædam realiter differunt, ut duæ res, quarum quælibet esse potest per se sine alia, quædam ut res & modus, quorum alteram, scilicet modum, sine alio esse nequit, sed ei nouiter aduenire potest, solum destruere contendimus distinctionem ex natura rei ante intellectum quasi plurium rationum formalium, seu definitionum, eamque esse aut realem, aut rationis ostendere: id quod probat etiam Durandus optime hac vnica ratione. Omne ens diuiditur sufficienter in ens rationis, & reale, ergo omnis pluralitas, quæ est passio entis, eodem modo sufficienter diuidetur, pluralitas autem idem est quod distinctio, ergo omnis distinctio aut erit rationis aut realis. Deinde si ex natura rei ante intellectum vna ratio formalis non est alia, sequitur esse aliam, & aliam rationem, cum igitur quævis illarum sit aliquid reale, sit, ut ante intellectum ex natura ipsius rei sit aliquid, & aliquid reale, erunt ergo duæ res, aut duo realiter diuersa. Neque quidquam obstat, quod in vna eadem re composita, quæ habet rationem totius, reperiatur duplex ratio, ut in homine anima & corpus

24.
Siqui illud
inconueniens probatur ex Ans.

Aliud inc.
ueniens con
tra Scot.

25.

Duplex est
distinctio realis

Durand.

E 2

corpus

corpus, vnaquæque enim ratio differt ab alia realiter, sic ergo licet in eadem re composita, aut quæ habet rationem totius, reperitur duplex ratio formalis, si tamen vna non est alia ex natura sua, & ante intellectum, erit realiter ab ea distincta.

Porro autem distinctionem realem, non solum eorum, quæ inuicem simul separari possunt, sed eorum etiam, quorum vnum saltem sine altero esse potest, licet non contra, præter rationem ipsam confirmat aperte autoritas Aristotelis 7. topicorum c. 1. loco 15. his verbis. *Amplius si potest alterum sine altero esse, non erit idem.* Hoc eodem argumento, quod vnum sine alio manere possit, probat Augustinus lib. 6. de Trinitate c. 6. aliud esse magnitudinem, aliud figuram, aliud colorem. Et Bernardus sermone 80. in cantica apostolicam non esse suam iustitiam, & sanctitatem eadem ratione colligit. Probari etiam manifeste potest, quia quoties aliqua duo sola ratione nostra diuersa sunt, re autem sunt idem omnino, sola cogitatione possunt separari, sicut sola cogitatione possunt separari, sicut sola cogitatione sunt diuersa.

*Probat
authoritate
Arist. &
August.*

CAPVT VI.

Respondetur argumentis Scoti.

IAm vero argumenta Scoti nullo negotio dissolui possunt, & primum sane, vt aliquid probaret, debebat supponere, esse conceptum quendam communem sapientiæ creatæ & increatæ, & iustitiæ creatæ & increatæ, & de alijs attributis eodem modo. Si enim ratio illa communis sapientiæ ex natura rei differret à ratione iustitiæ communis, bene sequeretur, talem sapientiam, scilicet infinitam differre ex natura rei à iustitia infinita, & sic de alijs. Verum cum formæ creatæ, & increatæ nihil commune esse possit, nisi tantum nomine, vt disp. 22. cap. 4. probatum est, argumentum nullam vim habet, distinctio enim inter iustitiam, & sapientiam non est constituenda in vniuersum, sed in quolibet genere, aut creatæ sapientiæ & iustitiæ, aut increatæ. Porro si in genere increatæ dicantur formaliter ex natura rei differre, assumitur id quod probandum, & in conclusione colligendum erat. Sed age concedamus conceptum communem creatæ & increatæ iustitiæ, & sapientiæ, adhuc argumentum non probat. Cum enim dicitur, sapientiam in vniuersum ex natura rei differre, negandum est, nam cum illi conceptus sint tantum vniuersales, per nostrum intellectum, solum etiam per rationem nostram debent differre, solumque concedendum est, in conceptu sapientiæ non includi conceptum iustitiæ, quod non tantum concedimus in vniuersum, sed etiam speciatim de ipsis diuinis attributis, vt infra ostendemus.

*Solutur 2.
ratio Scoti.*

Ad secundum respondeo, ob solam distinctionem rationis multi de vno attributo à nobis annunciari, quæ de alio nequaquam prædicari possunt, vt de intellectu, quod generet, intelligat, quæ de voluntate dici nequeunt: hoc enim prouenit ex diuersitate conceptuum, quos proxime voces significant, vt à nobis apprehenduntur, nam si attributa Dei à nobis conciperentur, vt sunt, & ita à nobis nominarentur, vnicò con-

ceptu simplicissimo, & vnica voce, quidquid in Deo est, exprimeremus: nec vnum sine alio, aut concipere, aut nominare possemus. An vero ob eandem diuersitatem conceptuum, & cogitationis vnum attributum de alio absolute prædicari valeat, disp. 119. dicemus.

Vltimo denique obseruandum est frustra et hac distinctione formali, quam Scotus dicit esse ante intellectum, colligi ab eo distinctionem realem emanationum, & personarum procedentium, quasi illa formalis distinctio radix sit realis, & maioris distinctionis, quam ipse constituit inter personas.

DISPUTATIO CXVII.

An intellectus hominis viatoris distinguere possit diuina attributa sine ordine ad aliqua distincta realiter.

Attributa per intellectum posse distinguere ostenditur contra Nominales. c. 1.

Attributa in Deo conuenire sine respectu ad creaturas realiter distinctas, contra Durandum probatur. c. 2.

Attributa in Deo à nobis non posse distinguere respectu ad creaturas distinctas, c. 3.

CAPVT I.

Attributa per intellectum posse distinguere ostenditur contra Nominales.

Nominales contra Scotum non solum estimant, attributa inter se, & ab essentia nullo modo ex natura rei ante operationem intellectus differre: verum etiam contra Thomistas, neque per intellectum distinguere posse. In hoc docent Gregor. in 1. d. 8. quæst. 2. art. 1. & 2. Maior quæst. 1. Gab. in d. 2. quæst. 1. art. 1. Probat vero hac ratione: quia quidquid in se diuinum est, & sine vlla distinctione naturæ suæ non potest per aliquod extrinsecum distinguere, & separari. Intellectus autem nostra cuiuslibet rei est extrinsecus, ergo ea nulla res potest distinguere. Addunt nihilominus Gregorius & Maior, licet attributa in se ipsis non distinguantur per intellectum: distinguuntur tamen aliquo modo ratione connotari: hoc est ratione effectus, quem aliquo modo respiciunt. Communi misericordia Dei nostræ miseræ succurrit: contra vero iustitia punit nostrā delicta, qui duo effectus inter se distinguuntur: merito dicuntur per connotata distinguere, quod nihil aliud est, quam ipsos effectus attributorum re ipsa differre, nam ex effectuum distinctione nullam in ipsis attributis distinctionem oriri, ex eorum ratione manifestum est: Si enim intellectus, quia est aliquid extrinsecum attributis, ea distinguere nequit, eodem pacto nec effectus, qui etiam tunc extrinseci, illa distinguunt: perinde ergo est, differre attributa per connotata, atque eorū solum effectus distinguere. Sed quia aliquando effectus attributorum non distinguuntur, vt effectus iustitiæ, & misericordiæ, quia in omni effectu vtriusque ratio reperitur, vt communiter Scholastici docent in 1. d. 46. & S. Thom. supra q. 21. art. 4. ideo Greg. & Maior subiungunt, hæc attributa non per res connotatas, sed per nomina solum differre, ac si dicerent, solo nomine distinguere.

Oppo

obnoxium forma, quam nec virgo vel vni cognita viva. Vult ergo Bernardus illud simplex non esse, quod non se ipso est, sed aliqua forma: si ergo Deus sapiens est sapientia, quæ ex natura rei non est ipse Deus: ergo illa ex natura rei est forma, quæ sit sapiens, obnoxius ergo est Deus ex natura sua alicui formæ. Denique concludit, *meus Deus ipse Catholicus est, tam non habet hoc, & illud, quam non hac, & illa, est qui est, non qua est.* Hoc est, in Deo, non licet assignare rei ipsa hoc, & hoc: neque multa, ut hæc & illa distinguamus: sed ipse Deus est qui est, hoc est, ipsemet sibi: sed non qua est, id est, non est multa, quæ in ipso sunt: quia non est multa. Certe in Scoti sententia bene possemus dicere, in Deo ex natura rei est hoc, & hoc: & Deus est multa illa, quæ in ipso sunt: melius igitur est, Deum omnino ex natura rei simplicem sine aliqua distinctione & multipliciter asserere.

Hac etiam ratione secundus libro 2. de summo bono c. 1. sententia 6. ait, *ideo Deus dicitur simplex, quia non admittendo quod habet, sine qua non aliud est ipse, & aliud quod in ipso est.* Et Ricard. de sancto Victore lib. 1. de Trinitate cap. 17. postquam ostendit Deum esse vere simplicem, & minime compositum, inquit, *Constat itaque quia in illa æterna felicitate, & vere felicitate æternitate sit vera incommutabilitas, & consequenter vera, & summa simplicitas, ubi autem summa simplicitas ibi vera, & summa unitas: quid ergo in summo bono est, vere & summe vnum est, nec aliud & aliud esse potest, & idem ipsum est totum quod est.* Idem prolequitur c. 18. & 19. atqui si vera esset opinio Scoti à nobis explicata, certe non esset Dei unitas summa, quæ esse potest cum in ea ante intellectum sit aliud, & aliud, quod si non esset aliud & aliud ex natura rei maior profecto esset simplicitas, maiorque unitas quia maior esset indivisiō, vnum enim & indivisum idem sunt. Id ipsum dixerat Bernardus, lib. illo 5. de considerat. paulo post verba iam cit. *Non est compositus Deus, merum simplex est, & ut liquido noveris, quid simplex dicam, idem quod vnum, tam simplex Deus, quam vnum est, est autem vnum, & quomodo aliud nihil: si dici possit, vniuersum est.* Vult ergo Bern. pro eodem non compositum & simplex, aut vnum, vnum autem dicit, in quo plura non sunt.

Nec refert, si dicas cum Scoto Deum esse vnum, quantum multa in se habeat, quia vnumquodque illorum non est Deus. Nam eadem ratione homo plura in se habet, quæ non sunt homo, & tamen homo in sententia Bernardi non erit vnum, quia multa in se habet, & quia simplex non est, nec unitas dicitur, quia vnum, & simplex apud Bernardum idem sunt, alioquin etiam homo diceretur vniuersum, quod est absurdum: si ergo non dicitur vniuersum, ideo est, quia habet aliud & aliud. Cum igitur asserat Bernardus, Deum & vniuersum, omnem pluraliter ex naturæ rei ab eius essentia, & natura excludit.

Ex eodem etiam Bernardo contra Scotum hanc nostram sententiam non minus aperte probabimus disput. 118. cap. 2. cum Bernardo sentit Nicetas in orationem 24. Nazian. cuius verba citabimus infra disput. 118. cap. 4. ubi ut ostendat Dei simplicitatem, dicit eius essentiam esse vnā, & ipsam unitatem, atque solitatem, quia voce facta optime expressit simplicitatem Dei, cum ait, esse solitatem, hoc est, ita solam sine consortio aliorum, ut sit ipsa solitas. Quod si ex natura rei

haberet plures perfectiones, non esset sola, nec solitas ipsa, cum ibi aliud esset, & aliud. Accedit Ansel. lib. de Incarnat. verbi c. 3. circa finem, qui ut probet Dei simplicitatem contra illum, quem in eodem errore cum Gilberto fuisse dicemus disp. 102. c. 1. sic ait. *Itaque si omne compositum cognitione dissolui potest, cum dicit Deum esse compositum, dicit, Deo aliquid maius se posse intelligere, id quod asseruerat etiam Bernardus, proxime autem dixerat Anselm. maius esse, quod nec actum, nec intellectum, quam illud quod saltem intellectu dissolui potest ex quo sic arguo contra Scotum. Maius est id, quod nec te ipsa, nec ex natura rei vno modo distinguitur, quam illud, quod ex natura rei plura in se habet, quia hoc nec intellectu dissolui potest illud autem potest. Nam dissolui per intellectum non appellavit Anselm. distingui solum in conceptu nostro, sed intellectu inueniente in re ipsa aliud, & aliud, quod sane opposuit dissolutioni actum, aut re ipsa, hanc enim putauit fieri, quoties vnum sine alio exiit, vult ergo in Deo esse summam unitatem, ut non solum nequeat vnum esse sine alio sed neque intellectus in re ipsa inueniat aliud, & aliud ex natura rei distinctum. Ex hoc tamen non tollit Anselmus distinctionem conceptuum, quæ ipsam rem non attingit, sed in sola nostra consideratione manet: nec compositionem hoc modo, sed pluralitatem quamlibet in re ipsa: quia maius quid excogitari potest, nempe simplicitas, in qua nulla sit pluralitas. Deo autem nihil maius potest excogitari. Ex opinione autem Scoti sequitur, ex natura rei essentiam Dei in se ipsa essentialiter non esse perfectam, sed aliqua forma adueniente perfici, quod etiam est absurdum. Ex quibus omnibus sit, attributa inter se, & ab essentia sola intellectus operatione distingui: de quo modo distinctionis plura in sequentibus disput. dicenda superiunt.*

Hactenus mediam illam distinctionem, quam Scotus communificat, in diuinis attributis peculiaribus rationibus, quæ solum in Deo probant, impugnauimus: superest ut in vniuersum ostendamus, talem distinctionem esse omnino commentitiā, & in nullis rebus etiam creatis reperi, sed omnem distinctionem esse realem, aut rationis. Non negamus esse latitudinem in ipsa reali distinctione, nam quædam realiter differunt, ut duæ res, quarum quælibet esse potest per se sine alia, quædam ut res & modus, quorum alteram, scilicet modum, sine alio esse nequit, sed ei nouiter aduenire potest, solum destruere contendimus distinctionem ex natura rei ante intellectum quasi plurium rationum formalium, seu definitionum, eamque esse aut realem, aut rationis ostendere: id quod probat etiam Durandus optime hac vnica ratione. Omne ens diuiditur sufficienter in ens rationis, & reale, ergo omnis pluralitas, quæ est passio entis, eodem modo sufficienter diuidetur, pluralitas autem idem est quod distinctio, ergo omnis distinctio aut erit rationis aut realis. Deinde si ex natura rei ante intellectum vna ratio formalis non est alia, sequitur esse aliam, & aliam rationem, cum igitur quævis illarum sit aliquid reale, sit, ut ante intellectum ex natura ipsius rei sit aliquid, & aliquid reale, erunt ergo duæ res, aut duo realiter diuersa. Neque quidquam obstat, quod in vna eadem re composita, quæ habet rationem totius, reperiatur duplex ratio, ut in homine anima & corpus

24.

Siqui illud inconueniens probatur ex Ans.

Aliud inc. ueniens con tra Scot.

25.

Duplex est distinctio realis

Durand.

E a corpus